

Quid vero ex his conjectes? Itaque ad ea, quae continet. Sunt vero D. Hieronymi Commentaria in XII. Prophetas minores membranis primis deperditis nunc ab his incipientia verbis: *Declinavit ab illis quia dominum reliquerunt* &c. quae sunt L. I. in *Oseam* c. 5. edit. *Vallarsii Tomo VI. col. 50.* Ordinem Prophetarum Codex hunc servat: *Oseas, Joel, Amos, Zacharias, Jonas, Malachias, Abdias, Michaeas, Naum, Habacuc, Sophonias, Aggaeus*, atque hic Ordo nec canonicus, nec chronologicus est, si tempus expositionis spectes. *Zachariae* duplex data est Praefatio *fol. 78. p. 2.* Rubrica prioris est: *Praefatio in Zachariam prophetam. ad exuperium tolosanum episcopum.* Incipit haec Praefatio: *Secundo anno darui regis medorum aggeum et Zachariam prophetasse* &c. et habetur in *Bibliis glossatis*; tacetur vero, nescio cur, a *Vallarsio*. Posterior inscribitur: *Incipit secunda ad eundem*; illa videlicet: *Ultimo jam autumni tempore* &c. quam solam *Vallarsius* produxit omissam in *Bibliis* mox dictis. Integer cetera Codex est, probaeque lectionis, graeca Textus vocabula plerumque literis etiam latinis supra lineas repraesentans.

CCCIII.

R. 3261 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 226. f. luculente et probe exaratus, minioque pernotatus hoc Rubrum praefert: *Incipit explanatio eusebii iberonimi*

*presbiteri super prophetas quinque. jobel. amos. zachariam. jonam. malachiam.* S. Patrem in exponendis XII. Prophetis minoribus non instituisse ordini, quo sibi succedunt in Bibliis, e propriis ejus verbis constat; quam vero rationem secutus sit, narrat *infra fol. 81. in Praef. L. III. in Amos.* Qui hic continentur, collati sunt a me cum T. VI. edit. *Vallarsii*. Integra sunt omnia tam quoad Praefationes, quam quoad ipsos Commentarios. Solus *Zacharias* claudicat. Imprimis enim Liber II. quem Edita a C. VI. v. 9. auspicantur, nobis a C. III. initium fumit, progrediturque usque ad v. 6. et 7. Dein ibi a verbis: *ab Angelo Domini haec dicta intelligunt quod* — abrumpitur non absque aberrationis indicio in Codice conspicuo, transfilitque continuo ad verba: *artandas plateas hominum multitudine* &c. quae ad C. VIII. v. 6. edit. *col. 841.* pertinent. Cum iis igitur, quae intermedia sunt, etiam Praefatio Libri II. deperiit. Lectio satis conspirat cum Editis. Graeca plerumque prave scripta sunt, quibus manus συγχρονος mederi cupiens literas latinas saepe parum feliciter imposuit. Ita in Praef. *Joelis* corruptum ψυλλεα jussit legi *fimea*.

CCCIV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3059 XII. Folior. 139. f. per duas columnas bene scriptus, rubricis ornatus et olim, ut *fol. praevio* indicatur, *Pomerij montis*, id est, Coe-

Coenobii Ord. Cist. *Baumgartenberg* in super. *Austria* nunc aboli-  
ti sequentia complectitur: I. *Sofronii. eusebii. ieronimi in libris  
hebraicarum questionum incipit pro-  
logus ante se inauditis tam grecis  
quam latinis. Exemplo eodem mo-  
do inscripto usum se dicit Vallar-  
sius T. III. Opp. col. 301. a quo  
etiam per decursum parum abit  
praesens nostrum, nisi forte Grae-  
ca apud illum melius habuerint.  
Interim malo v. g. sub initium τὸ  
iobannis evangelii nostrum, quam  
illius iobannis evangelistae &c.*

II. fol. 18. sequitur: *Explana-  
tio X. temptationum hoc initio:  
Hec sunt verba quae locutus est  
moyses &c. Sequebatur et in Val-  
larsii Codice, sed merito ab eo  
rejecta est inter subdiditua T. cit.  
col. 741.*

III. fol. 19. *Explanatio canti-  
ci debborę & barach de libro iudi-  
cum hoc initio: Cecineruntque  
Debbora et barach filius abinoem.  
Barach uir debborę &c. In eodem  
Codice adjuncta priori, et pariter  
rejecta ad col. 745.*

IV. fol. 21. p. 2. *Incipiunt  
hebraice questiones de libris mala-  
chim id est regum. Ita: Fuit Vir  
unus de Ramathain sopherim &c. Ut  
inter rejecta apud Vallars. T. cit.  
col. 755. Nihil in Librum IV.  
pauca in III. Interim manus recens  
ad calcem ejus adscripsit: Hic  
quaedam deficiunt; quod falsum est,  
ut Codex noster cum Editis colla-  
tus docet; sunt enim quaedam tan-  
tum transposita.*

V. fol. 33. *Incipiunt hebraice  
questiones prioris partis libri da-  
breiamin. Additur: de quibus si uis  
tenere ordinem historie, alfabeto e  
regione affixo naturaliter innitere.  
Ut in Codice Vallarsii, et T. cit.  
col. 789. Initium est: Heber nati  
sunt duo filij &c. Una cum Par-  
te II.*

VI. fol. 44. p. 2. *Incipiunt  
(Quaestiones) in abacuc prophetam.  
In suo quoque Codice eas hic se-  
qui testatur Vallarsius col. 822.  
sed ut Hieronymo indignas omisit.  
Breves sunt, et ineunt: Vbicun-  
que onus verbi domini ponitur gra-  
uedo in prophetia illa signatur &c.*

VII. fol. 45. p. 2. *De ieiuniis  
disputatio. Exponitur Versus 19.  
c. VIII. Zachariae Proph. quando  
videlicet et quare Jejunium IV. V.  
VII. Mensis celebratum sit. De X.  
nihil.*

VIII. fol. 46. *Chronica succin-  
cte scripta de regno hebreorum.  
Memoriae firmandae causa, pri-  
mum ab Abraham per Reges Juda  
usque ad Vespasianum et Titum;  
tum ab Jeroboam per Reges Israel  
usque ad Phacee. Incipit: Qua-  
dragesimo Tercio anno nini regis  
assyriorum &c.*

IX. fol. eod. p. 2. *In nomine  
sanctę et indiuiduę trinitatis inci-  
pit liber proemiorum librorum noui  
ac ueteris testamenti de plenitudi-  
ne quam in canone catholica recipit  
ecclesia iuxta uetustam priorum.  
Adde traditionem, ut est in Edit.  
Breuliana Opp. Isidori Hispal. Pa-  
ris. 1601. p. 405. Ad hunc enim  
isthaec Ἐισαγγων spectat, et inci-  
pit:*

593

## P A T R I S T I C I

594

pit: *In Principio videlicet quinque libri moysi &c.* Multa in ea diffe-

runt ab Editis, et plerumque in melius, ut v. g.

## Codex

## Editio

*Post dispositionem igitur ueteris ac noui testamenti ordine librorum vel numerorum nunc cursim breuiterque in eis proemia narrationum subiciamus.*

Disputationes igitur veteris ac noui Testamenti ordine librorum vel numero cursim breuiterque parua narratione subiciamus.

*Foedus quoque amicitiarum cum romanorum ducibus actaque legationum*

Foedus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus factaque legatione.

*Flumen etiam baptismi mundum vitę in dominum Iesum christum.*

Flumen etiam baptismi, mundum lignum vitę Dominum nostrum Iesum Christum.

X. fol. 51. p. 2. Brevis Observatio, quae incipit: *Hebraicarum litterarum formę duę sunt. Una antiqua, qua samaritani utuntur. Altera posterior &c.* cuius ab *Esdra* inventae occasio narratur. Singulare illud, *Samaritanos προγολαττειος* argui; legas enim: *Patrię consuetudinem seruant, ignem colentes et iudaica mandata.* Definitur in Schema *Alphabeti Samaritani* jam tum in *Europa* noti, et ad illud multum accedentis, quod uisitur in *Opp. Rub. Mauri* edit. *Colon. 1626. T. VI. p. 333. f.*

*in libro locorum. ab eusebio pamphili cesariensi episcopo prius edito quidem in greco. sed a presato ieronimo postmodum diligentius ad latinum stylum translato.* Ut apud *Valarsf. col. 121.* hoc initio: *Eusebius qui a beato pamphilo martyre cognomen &c.* Pariter omnia integra.

XI. fol. 52. Incipit *presatio beati Ieronimi presbiteri in libro interpretationis hebraicorum nominum.* Ita nempe: *Philo Vir Dilectissimus iudeorum &c.* Ut apud *Valarsf. T. suprac. col. 1.* Omnia integra, etiam, quae *Novi Testamenti* sunt.

XIII. fol. 94. Incipit *de Actibus apostolorum.* Libellus, ut laude dignus, ita *Hieronimi* aetate posterior est, *Bedamque* potius autorem habet, apud quem extat *Edit. Colon. 1688. T. V. col. 666. f.* Ejus initium: *Acheldema ager sanguinis, qui hodieque demonstratur &c.*

XII. fol. 74. Incipit *praefatio domini Eusebii sophronii. ieronimi Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

XIV. fol. 97. *De epistola cuiusdam symeonis in qua ait de. X. nominibus quibus uocatur nomen domini autenticum.* Videlicet hebraice. Hanc, uti et sequentem *Particulam* exhibet *Vallarsius* in *Append. T. cit. col. 729.* nihil tamen adnotat ad duo corrupta Nomina

P p

Dei,

Dei, nempe *Coneacol* et *Aia* seu *Aio*, quorum prius legendum *Koneb Haccol* קונה הכל, *Possidens omnia* potius, quam *Omnipotens*; alterum *Ebjeh* אהיה *Exod.* c. 3. v. 14. *Qui erat, est, et erit*, potius, quam *Qui erat et qui erit*. Sequuntur, ut dictum, *Secundum besdram ueri characteres hebreorum, nomina et interpretationes eorum*. Sed Characteres nemo pinxit; reliqua sic: *Aleph Mille. vel doctrina. Beth Domus. Gimel Retributio uel Plenitudo &c.* Occasione *Simeonis* supra dicti occurrit mihi, hunc esse fortassis *Hebraeum* illum doctum, cui *Martianaus* et *Vallarsus* *Quaestiones* N°. IV. et V. adductas tribuunt, autoritate *Rabani M.* moti, qui in *Praeff.* suis ad *Commentar. in LL. Regum* et *Paralip.* ait, se quaedam illius in usus proprios convertisse, quae re ipsa in illis *Quaestionibus* leguntur, cumque in *Praef. ad LL. Regum* diferte asserat *Rabanus*, se illud cum *Nota nominis ejus* fecisse, Editionem *Colon.* Nominis hujus gratia, verum incassum, pervolvi. Itaque ab Editoribus subpresum videtur, neque nisi in vetustioribus Codicibus *ms.* qui mihi praefecto non sunt, reperiendum.

XV. fol. 97. p. 2. *Eucherius Lugdunensis episcopus uerano (rescriptum) pontifici salutem. For-*

## Codex.

*Princeps humani generis et delicti tellus secunda uiret perpetuo uirore carnum sumpserat ortum*

*mulas spiritualis intelligentiae latinorum nominum componendas tibi que mittendas pro studio paterne erga te sollicitudinis existimaui.* En Opusculum a me jam *Vol. I. P. 1. col. 51.* et 211. indicatum, et e postrema *Andr. Schotti* recensione illatum *T. VI. Bibl. PP. Lugd.* ad p. 824. Verum enimvero, nisi dicas *Formulas* has successu temporum ab aliis auctas interpolatasque fuisse, Editores omnes jejunum earum Exemplar natos esse statues, ubi praefens nostrum inspexeris. Ut enim ei quoque defit *Caput I.* quod in *Edit. de divinis nominibus* inscribitur, cetera deinceps *Capita*, quamvis *Rubricis* non satis discriminata, multo uberiora sunt. Exemplo fit *Caput ult.* nobis *XI. de Numeris*, quod vel quadruplo prolixius est impressis. Ita et praecedenti inserta est *Significatio Lapidum XII.* quam illa non habent. Igitur adhibito hoc Codice sperari posset longe perfectior *Formularum Eucherii* editio.

XVI. fol. 124. *Incipit prologus de uita uel obitu sanctorum qui in domino precesserunt.* Editio *Breuiliana Isidori* p. 531. habet: *qui Deo placuerunt.* Variant et alia multa in Codice ab illa Editione, ut vel e sola *Adae Vita* ostendam:

## Editio

*Princeps generis et dilectus tellus foecundatur perpetuo uirone carnis sumpserat ortum*

exu-

*exulem se paradisi factam — subactam*  
*Etam ingemuit*  
*nomen ex numeris*  
*unctus est in regnum*  
*sacerdotibus separata &c.*

*exul est paradisi facta — subacta*  
*ingemuit*  
*nomen a numero*  
*unctus est in regem*  
*in sacerdotibus separata &c.*

XVII. fol. 132. *Incipit epistola ysidori ad borosum.* Et postea: *Incipit defloratio ejusdem in nominatissimis nominibus legis et evangeliorum;* ut in Edit. mox cit. p. 515. *Αλογον* illud Epistolae in edit. *Quae quia in explicata sunt adnotata, brevis materiola dicendi coegit,* ita corrigit Noster: *Quae quia inexplicata sunt, adnotata breuiter stilo scribenda decreui,* et mox pro *Erat quidem sensus,* fanius habet *Heret quidem sensus.* Ad Opusculi calcem adtexta est brevis Institutio de Temporibus *Jejuniorum ecclesiasticorum,* quae et ipsa deprompta est ex *Isidori ult. Capitibus L. I. de Officiis eccl. nisi,* quod istud: *Quarta feria ideo ieiunamus. quia ipsa die iudas tradidit dominum. ut crucifigerent eum;* aliunde accessit.

Ad conuestiendum praeclarum hunc Codicem, qui sui temporis Hermeneutis unus multorum instar esse potuit, adhibitae sunt membranae, quarum una initium Expositionis *De modis discipline regularis* in Ordine S. *Benedicti,* plures vero Capitularia quaedam ad *Cistercienses,* praecipue de *Conuersis,* pertinentia pereleganter exarata exhibent.

## CCCV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 177  
 Folior. 337. f. partim lineis longis, partim per 2. columnas exaratus, minio distinctus, et a faepe laudato M. *Thoma de Haselbach* legatus, ut *Theca anterior* praefert, *Collegio Ducali Wienne* sequentia continet: I. *Sofronij Eusebij Jeronimi librum hebraicarum questionum.* Prologus incipit: *Qui in principijs librorum debebam secuturi operis argumenta proponere &c.* Opus ipsum: *In principio fecit deus celum et terram &c.* Et finit: *seruientes altari uiuant de altari.* Probe conspirat Exemplum istud cum Impressis edit. *Vallarsii T. III. Verona 1735. f. col. 301.* idque debetur solerti emendationi *Haselbachii* possessoris.

II. fol. 28. succedunt *Hieronymi* nomine non addito: *Explicatio decem temptationum,* nempe *Israelitici Populi in Deserto,* et *Explicatio cantici Debbore et barach de libro iudicum.* Prima init: *Hec sunt verba &c.* altera: *Cecineruntque Debbora et Barach &c.* Prorsus, ut T. cit. *append. col. 741.* quo reposita sunt Fragmenta haec vetusti cujusdam Commentatoris, non tamen *Hieronymi,* ut pluribus praefixa *ibid.* Admonitio.